

quas natura in quocunque morbo ostendit, ad humorem infestantem evacuandum, causam scilicet morbi materialem, quae proxima et efficiens dicitur, cognoscens eam antea, et adhuc morbi etiam indolem pro viribus meis, & quantum mihi possibile est (§. 29.). Quas quamprimum cognovi, & tempus concoctionis observavi; si adsit, cito humores eliminare propero: attamen illos qui nondum concocti sunt, permitto, concoctionem rite praeparans, ne ante praefinitum tempus eos crudos ducens, plus damni aegrotis inferam (§. 30.).

§. 32. Si vero horribilis proxime infestet judicatio, a terribilibus signis praecognita (n), naturae eam permittere soleo, nisi aliquando illi succurere necesse sit (§. 30.) (o). Si autem judicatio tarda sit et ferior humorem ad eam rite praeparans, naturae etiam opitulans, tempestivam eam incito. Si quis vero cunctationis me incusare velit,

qua-

---

(n) id. ib. L. I. p. II. sect. XI. 16. 17. (o) Sydenh. de febr. contin. p. 261. Home ib. L. I. p. III. sect. l. 6.